



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An ordinationes alique actus sive gesta per schismaticos sint validat?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. II.

An ordinationes aliquaque actus sive  
gesta per schismaticos sint valida?

**Q**uae sunt ex potestate ordinis sacra-  
mentalium à schismatico Episcopo  
v. g. valida sunt, non quidem quasi li-  
citan executionem daret, quod enim ta-  
lis non habet, sicuti non habet, ordi-  
nis sui licitam executionem, alteri

dare non potest, sed quoad substan-  
tiam, ita ut characterem ordinis & con-  
firmationis, confirmati ab illo, & ordi-  
nati verè recipiant, ( modo legitima for-  
ma, & materia hōrum Sacramentorum  
fuerit servata ) & quando ordinationes  
ab his factae, dicuntur iritae, intelligi  
debent iritae, quoad executionem, &  
usum ordinum suscepitorum,

TITVLVS IX.

DE APOSTASIS, ET REITERANTIBUS  
BAPTISMA.

§. I.

De Apostasia in genere, & in spe-  
cie de Apostasia à fide, ejusque  
panis.

**A**postasia in genere est defectio, & re-  
cessus à Deo, triplex est, Apostasia  
à fide, Apostasia ab ordine clericali, &  
apostasia à religioso ordine; ut autem  
quis à fide apostata dicatur, in torum à fi-  
de Christi recessisse debuit, ut cūm Chri-  
stianus factus est Judæus, aut Turca,  
& hinc quāvis omnis apostata à fide,  
hæreticus etiam dici possit, juxta S.  
Thomam, tres tantum infidelitatis spe-  
cies agnoscentem, paganismum, judais-  
mum, & Hæresim, non tamen omnis  
hæreticus, apostata à fide dici potest,

sunt autem ijsdem pénis hi apostatae à fi-  
de subjecti, quibus hæretici, cūm sint  
verè hæretici.

§. II.

De Apostatis ab ordine clericali, &  
à Religione, ac pani eorum.

**A**postata ab ordine clericali dicitur,  
qui post suscepitos ordines sacros, &  
editum continentia votum, in suscep-  
tione talium ordinum inclusum; vel si  
in ordinibus minoribus constitutus est,  
post acceptum beneficium ecclesiasti-  
cum, hoc retento, ad statum conju-  
galem, vel ad laicalem conversionem,  
dimisso habitu clericali, propriā teme-  
ritate, transit. Pēnæ horum Apostata-  
rum sunt excommunicatio ferendæ  
saltē sententiae, infamiae, quam ipso  
facto incurrit, quamdiu in apostasia  
Bbb bb 3 perdu-